usurpatur imperii et accipiat patris extinctor quo me vertam
nescio in intuitu virtutum tuarum venerande princeps deprehensus
abrupta nescio utrum adcusem quod tyrannus est an quod honoras
premio parricidas. utrique digni crucibus et dep̄sentiu ita culleis
effugandi. non creditis sufficere vos debitum vitasse supplicium
nisi et tu quod non licet tribuasset ille quod non meretur acciperit. Iam
dudum a te ista per audaciam presumpta sunt cum arcem iusticiae
profligator intrasti. his ad dominatum evectus suffragiis quibus
in altero statuam contulisti. necesse est amplissimi hominum
universus fovere quod fuerint, nec utiliter nisi ab emendatis
corriguntur excessus. prodigus frontis est qui punitorem mali
credit facinorum sectatorem; iudicis conscientia constringitur
necessitate secreti. et non putat liberum condempnare in subiectis
quod ipsa non dubitavit admittere. quantis su ecessibus aut quam
variis incrementis ad haec sentina criminum pervenisti ut tibi liceret
ad sublimia pervenienti in tantum peccare cum vellis ut probrosus
ad potiora status mutares. tu libertatis saporem felle servitii
commutasti ille obsequia patri debita vertit ad gladios, quantum
laudanda sint quae lesistis advertite et feriato ore adcusantis
quid mereatur pater et ingenuitas aestimate. tu absoluta colla
iugo mę serrimae condicionis adstringis apud illum nihil praevaluit
lex naturae. hoc tu circa patriam geris quod intulit hic parenti.
nec fortasse crudelior tu credendus qui dura imperia sub vitali
quadam morte dispensas. nec illis quibus est desiderabilis obitus quasi
medica manu praestas exitium. ille non passus genitorem in mundo
subsistere pernici ictu eripuit vitam lucis auctori. nescio qua sint
criminum diversitate discretis interim si liceat pena iungendi sunt.
si te circa cives alicuius supercilii tumor elevasset reum
designaret laesa communio, et privatae abiuratorem dulcedinis
inmoderata nuntiaret erectio. si ille creatorem turbo lustrasset
aspectu genitore incolomi habuisset meritum parricidae videte

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0255